

num. 18. Sed quia hunc articulum copiose, & accuratè infinitos Doctores, & varias doctrina: adducunt tractauimus in tractatu de Regia protectione. 3. parte. cap. 10. à num. 100. cum multis seqq. hic missam facimus; contenti etiam allegatione D. Ioan. del Castillo in tract. de tertio, cap. 33. à num. 2. cum multis seqq. qui referens nostras doctrinas ad longum articulum tangit.

68 Sed Doctoribus ibidem adductis ꝑ adde Alexandrum Ludouisiū decis. 577. & ibi Oliuer. Beltramin. num. 8. vbi quod possessio presentandi ad vnum beneficium trahitur ad alia beneficia contenta sub eadem fundatione, & ipse Oliuer. Beltramin. num. 6. quod possessio conferendi quoad quædam beneficia trahitur ad cætera beneficia eiusdem speciei, vbi adducit varia exempla huius doctrinæ, & de indulto ad conferendum certum genus beneficiorum, Seraphin. decis. 1043. à num. 1. cum sequentibus. Vbi quod attenditur causa ꝑ vniuersalis possidendi, & in decis. 51. num. 1. & sequentibus; vbi agit de priuilegio concessio monasteriis vniuersi religionis, quo si aliqua monasteria vlti fuerit, priuilegio eodem conferatur ius monasterio non vnti.

70 Et per sententiam ad iudicatum ꝑ iure patronatus acquiritur possessio, quæ conferatur per presentationem aliquorum beneficiorum ex contentis in sententia, & sub dicto iure patronatus, vt post dictam decisionem Ludouisi, & Molinam de Hispan. primogen. lib. 2. cap. 6. num. 17. Suti. consil. 23. Rotam decis. 17. num. 1. & 2. part. 2. diuersorum, tenet Rota vt per Viuanum in tractatu de iure patronat. decis. 85. à num. 3. & Rota per eundem Viuanum in decis. 103. num. 3. dicit, quod presentatio ad beneficia aliqua contenta in donatione, arguit quoad alia similiter eadem donatione contenta; videnda etiam erit quoad hanc conclusionem decisio Rota, adducta per Nicolaum Gacciam in tractatu de beneficiis 13. part. cap. 2. de vnione num. 240. circa principium, & alia ibidem num. 241. ante medium, Iacobum Canceri. variarum resolution. lib. 3. cap. 5. num. 91. & in optimo casu, vbi de limitatione; vide Alcanium Tamburinum in tractatu de iure Abbatum, tom. 1. disp. 15. quest. 18. à num. 34. Mieres de maioratu 1. part. quest. 34. num. 2. & à num. 10. vbi habens ius plura respiciens, si eo vtitur in vno, conferatur ius in toto, Gratianus decis. 148. in addition. num. 2. vbi de optima doctrina, quos videbis ad varios casus, & tandem Castillo de tertio, cap. 33. per totum; vbi per nostras doctrinas, quas omnes signanter recenset, articulum hunc copiosè examinat.

71 Ex qua doctrina rectè & iuridicè inferitur, quod cum hæc regalia ꝑ Principis sit ius vniuersale ad omnes violentias subleuandas inter suos subditos quocumque, licet ea vlti non fuisset in aliquibus casibus continentibus violentiam, nihilominus in eis non amisit dictum ius; sed potius conseruauit in omnibus per vlti partis, in quibus poterit sua regalia vt liberè quando-cumque, præstando suum auxilium vi oppressis cum moderamine inculpatæ tutelæ, hoc est seruatæ semper reuerentia Sedis Apostolicæ, vt sæpè diximus. Et hoc fundamento moti fuimus de Regia protectione, 1. part. cap. 1. num. 124. licet

obiter) ad probandum; posse Principem vti sua regalia in cæteris causis violentiæ, quibus forte non fuisset vlti hæcenus.

Respondetur quarto, quod negamus, Senatuum Regium ꝑ non fuisse vlti hac regalia in aliis casibus retentionis respectu probabilis violentiæ, vlti sex relatos in dist. 1. 25. Recopilationis; cum verissimum sit, & constans; semper ea vlti fuisse, & vtitur, quoties sese offerre necessitas & occasio, vt notorium est, & quotidie videmus & practicamus in hoc supremo Consilio Regio; sic etiam expresse patet ex nouatum legum dispositione, quarum meminimus sup. à num. 51. cum seqq.

Ad tertium argumentum pro contraria parte sup. adductum à num. 9. & sequentibus, Responderi potest eodem modo, ꝑ sed in specie ex his diluitur; primò, quod Regalia Principis tollendi omnes violentias suorum subditorum nullam patitur dubitationem, sed est iure notissima ex hæcenus dictis, & sic consuetudo interpretatiua nihil operatur, quia in clausis obseruantia interpretatiua non admittitur, vt post plurimos Doctores & Rotæ decisiones mirabiliter probat Oliuerus Beltraminus in annotationibus ad Ludouisiū decis. 184. num. 8. cuius verba referat ad litteram, & sequitur Castillo controuers. tom. 1. cap. 93. §. 7. sub num. 2. vers. Alexander Ludouisius. Et Nos latè infra 2. part. cap. 30. §. 5. à num. 18. cum multis seqq.

Secundò respondetur, quod quando ius Regis fuisset dubium, nullibi damus, nec possumus, obseruantiam ꝑ contrariam, sed imò firmam praxim, & vlti notorium in omnibus casibus contingentiis, quibus adest violentia, & sic causa legitima ex adscriptis supra c. 5. & quatuor sequentibus; & ita communiter practicatur in hoc supremo Consilio, & quotidie videmus obseruatum inconculsè, & nemine reluctante indistinctè in quibuslibet casibus, in quibus illud dumtaxat controuertitur, & accuratè examinatur inter partes, aduocatos, & Senatores, an illa causa, ob quam petitur litterarum Apostolicarum retentio, sit legitima nec ne, & qualificata, & ex illis, ex quibus hoc salubre retentionis remedium destinatum est, & introductum omiffa, imò non admissa controuersia, an casus sit nouus, & per Regias leges specialiter non determinatus nec decisus: circa quem articulum iam nullam dubitandi rationem nec occasionem quantumuis remotam de cætero reliquimus post hanc nostram longam disputationem, & fundamentalem resolutionem pleno iure roboratam.

CAPVT X.

Esto, quod retentionis Bullarum remedium quod vt possit post peractam executionem iam peractam, & possessionis apprehensionem: an Senatus sui decreti virtute eam valeat reponere?

Vel an, & quomodo tunc decretum retentionis istud queat exequi.

Vel quo sit tunc remedium vim patienti consulendum.

Et an decretum Senatus coram executorum Bullarum fidem faciat, & ad quem finem.

SUMMARIUM.

- Retentionis remedium an vt possit post peractam executionem, grandè apud omnes habita difficultas, num. 1.
- Retentionis litterarum remedium, & decretum tendit in futurum, ad impediendam executionem earum in perniciem Reipublicæ, num. 2.
- Dispositio in futurum ordinata multoties operatur in iam facta, & in præterito, num. 3.
- Licentia obtenta per Prelatum ad testandum de fructibus iniuncti Ecclesiæ questus extenditur ad testamentum antea factum, num. 4.
- Licentia obtenta à Monacho ad testandum extenditur ad testamentum iam conditum, num. 5.
- Licentia data à Principe ad adificandum molendinum porrigitur ad molendinum antea illicitè constructum, num. 6.
- Quod procedit sine Principis consensu sit factum fuisse, sine ignorans, num. 7.
- Consensus Principis, vt alienigena possit in Regno beneficia obtinere, habet locum in beneficio iam obtento, num. 8.
- Dispensatio ad obtinendum duo beneficia incompatibilia predest ad iam obtenta retinenda, n. 9.
- Mandatum de providendo de prima vacatura predest in vacante tempore indulti, num. 10.
- Legatum pro virginibus dotandis obtinet iam nupta, num. 11.
- Secus quando dispositio dicit pro virginibus maritandis, num. 12.
- Licentia obtenta à Domino feudis, aut emphyteusis pro emphyteusi alienanda porrigitur ad alienationem iam factam, num. 13.
- Procuratorem constitutum ad contrahendum matrimonium videtur consentire, & ratificare iam factum, num. 14.
- Retentionis Bullarum remedium inuentum fuit dumtaxat ad impediendam executionem earum in detrimentum Reipublicæ etiam spiritualis, num. 15.
- Decretum retentionis, quod tendit in futurum in executione iam facta verificari aut adimpleri nequit, quia deficit subiectum habile, n. 16.
- Sententia ad conseruandum aliquem indemnem ab obligatione, hæc iam extincta per solutionem exequitur eo modo, quo conseruetur indemnis, vt solutum sibi restituat, num. 17.
- Sententiam si fuerit impossibile exequi directè in quo disponit, sit executio in eo, quo potest, n. 18.

- Condemnatus ad tradendum instrumentum obligationis, quod non apparet, cogitur liberare debitorem, num. 19.
- Princeps ad manus suas potest reducere fructus beneficij vacantis, ne dissipentur, num. 20. & vide num. 64. & sequentibus.
- Vbi de praxi, & Regalia Regis Hispaniæ, & Franciæ, & fructus beneficij imperati ab alienigenis, & super quo naturalis consensus pensionem quando sequestrantur ex lege Regni, num. 21.
- Litteras impetratas super beneficiis parimonialibus, qui impetrare fecerit, aut vsus fuerit absque examine Senatus, amittit naturalitatem horum Regnorum, & fructus quorumlibet beneficiorum sequestrantur, num. 22. & num. 23. & vide num. 69. & sequentibus.
- Fraudibus occurrere, publice & private auctoritati conuenit, num. 24.
- Recusus ad Regem si non haberetur post peractam executionem Bullarum in damnum Reipublicæ, magna fraudes oriuntur, num. 25.
- Fraudibus via non est aperienda, num. 26.
- Fraudibus vt occurratur, latam ius admittit interpretationem, num. 27.
- Fraus dicitur fieri legi, quoties per indirectum & cautellam redditur illusoria, num. 28.
- Fraudibus neruose occurrendum est, num. 29.
- Contra retentionis decretum, & eius verba ire videtur, qui earum virtute quotidie vtitur possessione, & ei insistit, num. 30.
- Ea qua in animo consistunt habent casum continuam, & successiuam, num. 31.
- Et quotidie grauat, ibid.
- Retentionis recursu vt directè nequit regulariter post peractam executionem, & possessionis apprehensionem vigore litterarum, num. 32.
- Decretum retentionis Senatus exequi directè non potest in repositione executionis litterarum iam facta, num. 33.
- Qualitas adiecta verbo, vel participio restringitur ad tempus verbi, vel participij, nec antea operatur dispositio, num. 34.
- Regalia retentionis certis finibus concluditur, & inuenta ad finem impediendi executionem faciendam, vlti progredi non potest, num. 35.
- Iura quibus nittitur retentionis recursus dumtaxat, tribuunt facultatem supersedendi in executione litterarum, non reponendi iam factam, n. 36.
- Remedium datum ad supersedendum nequit verificari in re iam gesta, num. 37.
- Adducuntur singulares in proposito Rota decisiones, ibidem.
- Permissum ad tempus, post tempus censetur prohibitum, num. 38.
- Verba limitatiue apposita habent inducere terminum, qua non licet transgredi, num. 39.
- Retentionis Regalia limitata est ad casum, & effectum supersedendi, & impediendi executionem, qua cessat cessante causa, num. 40.
- Potentia decreti retentionis sub finibus supersedendi, & impediendi executionem litterarum faciendam includitur non transgrediendi; ibid.
- Mirabilia in re ponderantur in proposito, ibid.
- Sententia, & decreti fines excedere non licet, num. 41.
- Sententia, qua fundatur in causa cessat cessante causa, num. 42.
- Remedia à iure concessa ante actum factum, vel in preparatione ad faciendum, cessant post illum consummatum, sed confugiendum erit ad remedia

media ordinaria, num. 43.
 Plura iura singulariter, & acutè ponderantur, ibidem.
 Inhibitio etiam Rotalis futura respicit, non preterita, & ideo acta gesta ante eius intimationem non annullat, ibid.
 Legitimus contraditor admittitur ad impediendam executionem faciendam, non tamen iam factam, & re non integra comparens, n. 44.
 Facultas à iure concessa reuocandi, aut impediendi actum, expirat post actum iam consummatum, & re non integra, num. 45.
 Leges Regni loquentes de retentione litterarum Apostolicar. tractant dumtaxat de illarum executione prohibenda ne fiat, post factam tamen nihil ultra disponunt circa executionis restitutionem, num. 46.
 Statutum prohibens acquisitionem non prohibet adquisitionem retentionem, num. 47.
 Statutum loquens contra ingrediendem possessionem non habet locum in retinente, num. 48.
 Facilius toleratur ius quæsitum, quam quærendum, num. 49.
 Facilius impeditur ius competiturum, quam extinguatur acquisitum, num. 50.
 Facilius impeditur introductio, quam productum in esse, num. 51.
 Multa facienda prohibentur dum sunt in suo creationis principio, quæ facta tamen, tenent, num. 52.
 De iure tertij, qui dare nequit, nec probare, si tamen iam probauit, auditur, num. 53.
 Libello generali licet quis respondere non teneatur, se iam respondit sibi praiudicat, num. 54.
 Probatio que non debuit admitti, admissa tamen valet, & probat, num. 55.
 Et si iur operatur effectum si non fuerit impugnata antea per aduersarium, num. 56.
 Post publicationem testes non sunt admittendi, admissi tamen parte non impugnante probant, num. 57.
 Exceptio, que non debuit admitti admissa tamen nocet, num. 58.
 Executio litterarum facta ante recursum postulatam, tangi nequit virtute decreti Senatus postea orti, num. 59.
 Exclusus ab agendo, seu expediendo, non excluditur à retinendo, num. 60.
 Si decretum violentia vim fieri quantumvis protervè iudex Ecclesiasticus nolit adimplere, & reponere, numquam Senatus per se reponit. n. 61.
 Iudice Ecclesiastico post violentiam hororiam illatam aufugiente, Senatus, qui vim fieri decrevit propria auctoritate numquam reponit, n. 62.
 Si executor merus imitator processu fulminato non compareat, Senatus nihil agit, executoriales tamen contra inauditum obtentas postea retinet, ut denno audiatur, num. 63.
 Sequestratio non est generalis providentia in Bullarum retentione, cum multa littere retineantur ob damnum Reipublice, que non respiciunt fructus, num. 64.
 Sequestrari remedium regulariter non est tutum in decreti retentionis executione, quod multis impugnavit Rota alias permittens recursum ob defensionem naturalem, num. 65. vide tamen, num. sequentibus.
 Adversus sequestrum factum per Curiam Regiam in beneficiis Ecclesiasticis plurimi reclamant Doctores, num. 66.

Sequestrum appositum per Iudices laicos non impedire pacificam possessionem, pluries Rota declaravit, num. 67.
 Sequestrum apponendum per Iudices laicos in beneficiorum fructibus prohibet expressè Bulla Cæno Domini, num. 68.
 Declaratur tamen quomodo intelligenda sit, ibid.
 Fructus beneficij impetrati ab alienigena, atque beneficiorum patrimonialium sequestrantur ad eorum possessionem ante examen Senatus ob specialissimam rationem ex iure Regio, num. 69.
 Alienigenæ horum Regnorum sunt inhabiles, & penitus incapaces beneficiorum in eisdem, n. 70.
 Quod & procedit respectu impetrantium beneficia patronatus Regij, & laicorum, ac patrimonialia, cum pariter ipso facto sint extranei, & naturalitate privati, ibid.
 Ob scandalum vitandum cogitur quis beneficio obtento cedere, num. 71.
 Leges Regias permittentes sequestrum litterarum casibus specialibus facta executione litterarum ante examen Senatus, in cæteris videntur denegare, num. 72.
 Argumentum de speciali validum est in iure, num. 73.
 Licentia obtenta ad faciendum porrigitur ad iam factum, ubi actus dependet à potestate, & voluntate concedentis, num. 74.
 Verba futuri temporis in actibus dependentibus à voluntate, & consensu dependentis resolvuntur in tempus presens, num. 75.
 Dependens à voluntate alienius recipitur interpretationem extensivam, etiam ad ea que aliis illegitima iudicarentur, num. 76.
 Retentionis remedium est limitandum ad confines impediendi executionem, & ad hunc finem inueniuntur dumtaxat, ultra quos cessat potestas, num. 77.
 In omni actu humano duo copulatim requiruntur, potestas, & voluntas, altero deficiente actus corrumpitur, num. 78.
 Permittens aliquid fieri denuo, videtur confirmare iam factum, nisi alia ratio in contrarium suadeat, num. 79.
 Natura recursus retentionis repugnat infringere executionem iam factam, num. 80.
 Sequestrum licet per Senatum fiat in fructibus beneficij pro executione sui decreti retentionis litterarum iam executioni datarum, non adhuc ex eo integrè satisfit vi oppresso, nec finit recursus, num. 81.
 Falsa sunt abiicienda remedia, que veris sunt periculis graviora, ibidem.
 Si non potest inuari alteri, nisi cedatur alius, commodus est neutrum inuari, num. 82.
 Fraudibus obviandum quando potest, si principaliter fiant, non quando secundario, & in potentiam consequutivam, num. 83.
 Pendente recursu retentionis in Senatu, si impetrans exequatur litteras, rectè Senatus reponit hoc attentatum violentum, & de ratione, num. 84.
 Executor postquam rescriptis ad Papam de inconuenientis litterarum, debet supersedere in executione, & expellere responsum sue consultationis, ibid.
 De facto rei spiritualis incidenter cognoscit Iudex laicus, num. 85.
 De causa possessoria beneficii cognoscunt Tribunnalia Regia in Hispania iuxta receptiorem opinionem

opinionem, & consuetudinem, num. 86.
 Audaciam, & irreuerentiam Iudicis Ecclesiastici Senatus reserata est auctoritas vindicandi, num. 87.
 Facultas ad supersedendum in executione habet locum in executione iam facta, nulliter tamen, & attentatè, ibid.
 Littere Apostolica originale de necessitate presentande sunt Iudici Delegato, alia non acquirit exercitium iurisdictionis delegate, n. 88.
 Efficax, salubre, & legitimum remedium consideravit Auctor, quo per indirectum possit consequi executio decreti retentionis, etiam facta executione litterarum ante recursum ad Senatum, num. 89. & sequentibus.
 Decreto obtento retentionis à Senatu post factam litterarum executionem compareat pars coram executore, & deducat causam eandem qua retinere mandatur, & petat restitutionem, & à non facta per executorem appolet, & querela violentia pro delatione, & restitutione viatur in Senatu, num. 90.
 Facta restitutione executionis litterarum virtute decreti violentia Senatus, res redditur integra, & consideratur, ac si littera executæ non fuissent, num. 91.
 Restitutio facta per executorem virtute decreti violentia iuræ executio decreti retentionis post executionem litterarum obtenti, num. 92.
 Causa omnes ille que legitima sunt ad retentionem litterarum Apostolicar. arctant executorem supersedere in earum executione, num. 93.
 Verba textus in cap. si quando, de rescriptis, & cap. cum teneantur, de prebendis subtiliter ponderata, num. 94.
 Nullitas nulla maior in iure defectu potestatis, num. 95.
 Executor licet nequit labefactare sententiam superioris, ubi tamen adest nullitas notoria tenetur supersedere, num. 96.
 A Iudice procedente quando supersedere tenetur legitime appellatur, & vim facere decernit Senatus, num. 97.
 Gesta per Iudicem tempore, quo debet conquiscere sunt nulla ipso iure, num. 98.
 A sententia nulla appellatio etiam in iudiciis, sui natura in appellabilibus licita, & deferendum, num. 99.
 Ab executore carente potestate licita est appellatio suspensiva, num. 100.
 Executor nulliter procedente ad petitionem contraditoris legitimi comparens, omnia reponuntur in pristinum statum ante omnia, num. 101.
 Per restitutionem executionis litterarum virtute decreti violentie, possessio capta reducitur ad non possessionem, & omnia ad priorem statum quo erant ante eorum executionem, num. 102.
 Facta litterarum executionis restitutione virtute decreti violentie rectè iuræ executio decreti retentionis litterarum post eam obtenti, cum sit sublatum impedimentum, num. 103.
 Res, que semel prohibitionem eussit, semper remanet libera, num. 104.
 De variis effectibus rei redacta ad priorem statum, & naturam, num. 105. remissive.
 In condemnatum ad rei restitutionem, qua fuerat per tertium spoliatus, contra quem in spolio obtinuit primam restitutionis sententiam, statim victor prior in eum suam exequitur, n. 106.

In condemnatum ad rei restitutionem quam minime possidebat tempore litis motæ, eo ipso quod cepit possidere, sit executio absque nono processu, num. 107.
 Circa contraditores legitimos comparens executione peracta, & re non integra plura noniter considerantur alibi non reperienda, num. 108. & sequentibus.
 Contraditor possidens quocumque comparens reponere facit ante omnia gesta per executorem ipso non citato, num. 109.
 Inmissio virtute gratia Apostolica fit ad instar, l. fin. C. de edicto Diui Adrian. & iuxta huius Regula tractanda, num. 110. & 112.
 Littere ad beneficium horum Regnorum impetratæ per alienigenam inhabilem, & incapacem, & earum executio sunt nulla ipso iure, n. 111.
 Executio facta virtute litterarum Apostolicarum obtenturam per alienigenam statim reponenda per executorem, quocumque comparet Fiscalis Regius, alterve naturalis, num. 112.
 Cuius possessio est improba, & vitiosa, non manu tenibilis, ut contra ius, & formam statuti, ibid.
 Per executionem precedentem nulliter factam res non desinit esse integra, num. 113.
 Et quoad omnes iuris effectus non desinit esse integra, ibid.
 Per actum nullum non perpetuatur iurisdictionis, non sit litis pendentia, non interrumpitur prescriptio, non expirat potestas, & similia remissive, num. 114.
 Impedimentum non prestat, quod de iure non sortitur effectum, num. 115.
 Exceptio dilatoria si est talis natura, ut reddat processum retro nullum, etiam post licentiam contestatam admittitur, num. 116.
 Sententia vulnerans instrumentum executionum si est nulla executionem eius non impedit, ibid.
 Provisio beneficij patrimonialis per filium non patrimonialem obtenta est nulla ipso iure, n. 117.
 Naturalis horum Regnorum quilibet legitimus est contraditor ad se opponendum executioni litterarum obtenturam per alienigenam, num. 118.
 Et filij patrimoniales respectu beneficiorum patrimonialium ibidem, & num. 120.
 Pro preeminentia Regis defensione quilibet vasallus est legitima persona, & contraditor, num. 119.
 Privilegium datum loco, aut Prouincia, personis eiusdem Prouincia datum intelligitur, n. 120.
 Privilegium concessum patrie cuiuslibet de patria ex eo ius competit, num. 121.
 Pro preiudicio publicæ utilitatis cuiuslibet de populo actio popularis est adscripta, num. 122.
 Fiscalis Regius in iis que tangunt publicum Regis, aut Regni preiudicium, legitimus est contraditor, num. 123.
 Patronatus laicus semper est legitimus contraditor ad impediendam executionem beneficij imperati, absque sui consensu, num. 124.
 Executio in possessione beneficij iuris patronatus nequit fieri, quin inferat preiudicium possessioni patroni obtenta à se non presentato, n. 125.
 Accedenti patroni contradictione littera Apostolicæ collatio, & executio resolvuntur ipso iure, obtenta sine sui consensu, num. 126.
 Per actum resolutionem res retrotrahitur ad priorem statum, ac si gestus non fuisset, num. 127.
 Dominium translatum suspensive resolutio contra-

Et redit ad sua principia attractiva cum omnibus suis qualitatibus, ibid.

Possessio data heredi ab intestato reperto postmodum testamento dicitur improba, & non manentibus, ibid.

Possessio, que ex aliquo accidente resoluta fuit, redit in se, que non prodest, nec ad manentionem, dicitur, num. 127.

Comparans post immissionem non possidens quando dicatur legitimus contraditor, num. 129. & num. 130.

Contraditor, qui nec possidet, nec allegat causam resolutionis precedens executionis iam peractae, non auditur in eius repositione, num. 131.

De immissione facienda vigore litterarum Apostolicarum ad immissionem, ex l. fin. C. de edicto Divi Adriani tollend. recte argumentatur, num. 132.

Patronus laicus non citatus ad executionem litterarum Apostolicarum, quandoque comparuerit dicitur legitimus contraditor, tam respectu possessionis sui iuris patronatus, quam effectum resolutionis, & possessionis per suam contraditionem, num. 133.

Satusit Rota decisio infirmanti ob comparitionem patroni peracta executione non causari attentatum, num. 134.

Praxis ponitur quemadmodum consequenda erit repositio executionis litterarum peractae ante recursum retentionis intentatum, ut fieri queat executio decreti retentionis postea obtenti, num. 135.

Decretum retentionis presentatum coram executore litterarum recte probat causam legitimam, qua contraditor petit repositionem executionis litterarum ante recursum peractae, num. 136.

Acta gesta per Iudicem saecularem in articulo sibi pertinente idem faciunt coram Ecclesiastico sicut e contra, num. 137.

Super facto matrimonij questio incidens coram saeculari declarata nunquam esse matrimonium contractum obstat rei indicatae exceptio postea in questione legitimitatis coram Ecclesiastico mota, num. 138.

Acta facta in iudicio saeculari ob bonum publicum faciunt fidem coram Ecclesiastico, ne iudicia illa foris reddantur, num. 139.

Retentionis litterarum Regalia pertinet Regi, & cognitio de iure, & consuetudine immemoriali, cui Pontifex detrabere non intendit, n. 140.

Si Summus Pontifex tantam fidem adhibet relationi Senatui super legitimitate cause suspendendarum litterarum, multo magis executor, n. 141.

Facta iam executione litterarum utilitatis erit ante recursum retentionis intentandum comparere coram executore allegando exceptiones, & petendo repositionem, & à negata appellare, & in Senatu uti utroque remedio, & retentionis, & vim fieri, ut reponat, num. 142.

Caucela traditur, ut dato in Senatu violentie decreto solum istud inietur Iudici, ut reponat processu remanente in Senatu, ut postea fiat retentionis executio, num. 143.

Quod salit mortuo, vel longo absente ipso executore, & si necesse recurrere ad executorem superstitem pro repositione facienda, ad quem litterae sunt remittenda, num. 144.

MIRABILEM hanc questionem (cum grandis sit, & frequens difficultas eius) omnes penitus scriptores omiserunt; & cuius resolutionem sublimiora doctissimorum Senatorum, & aduocatorum fecundissima ingenia indies torquere videmus, apud neminem tamen (cum eorum plurimos consuluisse) veram potuit reperire, varij varia trepidè sectantes, cuncti merito perplexi difficultatibus nodati; quapropter cum summi ponderis sit, habeatque utraque eius negatiua, & affirmatiua pars validissima fundamenta, accuratè, & attentè nobis tractanda, disputanda, & resoluenda commendatur.

Et pro affirmatiua, posse nempe hoc retentionis remedium intentari post factam Bullarum executionem, atque ¶ decretum (quo eas retineri mandat Senatus) exequi eo modo quo commodius possit, ut effectum sortiatur; probatur primò, quoniam licet hoc remedium retentionis sit tantum inuentum ad impediendam executionem litterarum faciendam in detrimentum publicae utilitatis, & sic in futurum disponat, & operetur, eademque uniformitate expeditur à Senatu decretum, Retinens est Bullas en el Consejo, para que no se use dellas, y se suplique a su Santidad, &c. Cuius tenor reuertitur futurum tempus, adumque imperfectum, & nondum consummatum respiciat, & suum effectum in futurum diuigat ad finem dumtaxat obuiandi, & resistendi executioni faciendae: nihilominus tamen sortiri effectum debet in executione antea facta; multi etenim in iure casus, & doctrinae reperiuntur, quibus dispositio ad aliquid ¶ faciendum, & sic in futurum ordinata, idem ¶ operetur, & extendatur ad iam factum; ad hoc est textus capitalis in l. si quis filio, §. irritum, ff. de iniusta ruptio, ibi: Numquid & si quod antea habuit factum testamentum, si ei permissum sit testari, valeat; an vero pena irritum factum, rescindendum est? Et si militari iure est testandum sit, dubitari non oportet, quin si voluit id valere, fuisse id creditur, &c. Ex quo textu deducuntur plures Doctores, quòd si à Summo Pontifice Cardinalis, Episcopus, aut alius Praelatus, seu Clericus (in partibus ¶ vbi non viget consuetudo, ut Clericus restetur de fructibus & adquisitis intuitu Ecclesiae, & beneficij) provi ista adest in Hispania) obtineat licentiam ad testamentum faciendum de huiusmodi fructibus, trahitur etiam hæc licentia ad testamentum antea iam factum, Bald. in l. certum, col. 10. C. unde cognati, vbi Paulus de Castro, & in l. §. militibus, vbi Alexander, C. de testamento militis, Azuec. in l. 3. tit. 8. num. 7. lib. 5. Recopilation. Mieres de maioratu. 4. part. quest. 2. num. 78. & num. 84. & Narbona in l. 10. glossa 3. num. 19. lib. 1. tit. 6. Recopilation. tom. 3. in addition. fol. 59. vbi merito contra Hieronymum Gonzalez in regul. 8. Chancellaria, glossa 47. num. 48. cum Caputaquens, Iaffon. Marfil. & aliis contrarium minus rectè tenentem, & hanc probant Paulus Castrensis in l. iam factam, ff. de condition. & demonstrat. Iaffon. in authent. ingressi, num. 11. C. de sacrosanctis Ecclesiis, Gozadin. consil. 41. num. 3. & alij, quos citat Hieronymus Gabriel. in consil. 158. num. 7. (vbi egregiè limitat) latius tractat Simon de Pretis, lib. 2. ultimarum voluntatum. solution. 4. num. 42. cum sequentibus

tibus, fol. 85. Petrus Gamba. in tractatu de officio legati, lib. 10. num. 257. cum multis sequentibus, & num. 283. pagina. 312. Mandosil. in tractatu de sign. gratis, cap. de licentia testandi, versicula. Occurrit dubium, col. 1. fol. 116.

Idem de licentia concessa Monacho ad testandum, ut porrigatur ad testamentum iam factum; voluerunt Bald. in l. fin. C. unde legitimi. & in authent. nisi rogati, C. ad Trebelianum, & in l. si quando, C. de inofficioso testamento, Ludouil. Gozadin. in consil. 41. num. 3. & de licentia ad testandum, ut prolit, & producat ad iam conditum testamentum, Francisc. Marc. decif. 1104. Riccius in practica. aurea. resolut. 294. num. 11.

Vnde sit, quòd si Princeps alicui licentiam ¶ induxerit ad edificandum molendinum, porrigitur dicta licentia ad molendinum illicitè antea iam factum, docent Paulus Castrensis in dict. l. si quis filio, §. irritum, num. 5. per text. ibi. ff. de iniusta ruptio, & in dict. l. iam facta, ff. de condition. & demonstrat. & in l. §. militibus, C. de testamento militis, Iaff. in l. quominus. n. 127. & sequentibus, vbi alia adducit, ff. de summius, Hippolytus de Marfilli in repetition. rubric. de fideiusforibus. num. 82. Ioannes Falcon. in regul. 380. num. 7. Curtius Junior. consil. 103. num. 7. lib. 1. Boer. decif. 64. num. 27. Callaneus in consuetud. Burgund. rub. 13. §. 9. pag. 1492. Flaminus Paul. de resignat. benefic. lib. 11. tom. 2. quest. 7. num. 90. Narbona in l. 10. gloss. 3. num. 19. tit. 6. lib. 1. Recopil. part. 3. Mieres de maioratu. 4. part. quest. 2. num. 77. Petrus. Surd. consil. 351. num. 48. volum. 3. & consil. 462. à num. 21. cum sequentibus, quòd procedere ¶ dicit siue Princeps sciat, siue ignoret iam esse factum dictum testamentum.

¶ Ex qua etiam doctrina infert, ¶ & probat Bartholom. Socin. in consil. 260. in causa, col. 2. versicula. Secundo principaliter; quòd consensus Regis, ut quis possit habere in Regno beneficium, habet locum in beneficio iam habito & obento ante consensus Imperationem, ac si à principio dimanaret, & fuisse præstitum, quem citat Rebuffus in tractat. de pacif. possessor. n. 266. pag. 312. & Mieres de maioratu. dict. 4. part. 9. 2. sub num. 78.

¶ Cui doctrina bene consonat alia tradita ¶ ab Alphonso Azuec. in l. 3. tit. 7. à num. 7. lib. 5. Recopil. post Paulum de Castro in dict. l. §. militibus Narbona vbi proxime num. 21. & cum Ioanne de Immola in cap. non potest 21. §. illud de prebendis, lib. 6. Riccius in practica aurea, resolution. 294. per totam, quòd licentia Pontificis, & dispensatio ad obtinendum duo, vel tria beneficia incompatibilia, potest dispensatus eius virtute & obentia iam retinere; quia sicut potest assequi in posterum de nouo, ita iam assequitur retinere, quia cui permittitur aliquid de nouo facere, multò fortius iam factum consummare, licet tantum huic doctrinae obuiare videatur, text. in dict. cap. non oportet 21. de prebendis, lib. 6. quam altius infra 3. part. huius tractatus examinabimus.

Conducit etiam doctrina Hippolyti de Marfill. de fideiusforibus, num. 84. per Cinum, Angelum, & alios, ¶ & notatur in Clementina 1. de concess. prebend. Quòd si Papa mandat alicui prouideri in certo loco, seu Ecclesia de prima vacatura, quòd poterit illi prouideri de illa,

quæ vacabat ante concessionem Pontificalem, saltem si Papa ignorabat illam vacare, vbi à num. 82. de aliis pluribus exemplaribus videndus.

His non absimilis est, quòd legatum seu annuariarium pro dorandis ¶ virginibus conjugineis testatoris, vel aliis intelligitur etiam in iam nupta, quæ similiter capit legatum dotis, ita post Bart. Palacium Rubicum, Peraltam, Petrum Surdum, Couarru. Mantie. Grassum, Spinum, Flores de Mena, Gammam, Azuec. & alios plures resoluti Castillo controuers. tom. 5. cap. 9. à num. 32. cum sequentibus, vbi per eosdem Doctores, num. 33. & sequentibus. Secus dicit, procedere; ¶ quando dispositio dicitur pro virginibus, aut consanguineis maritandis, vulgo, para que se casen parientes del linage, quia tunc non intelligitur de iam nuptis; latè ibi probant rationem differentie.

Ex quo fonte etiam fluit illa magis ¶ recepta, & verior opinio, quæ habet, quòd licentia obrenta à domino feudi, seu emphyteusit per feudatarium & emphyteutam ad rem alienandam, comprehendat, non solum alienationem faciendam; sed etiam iam factam ante datam licentiam, Paulus Castrensis consil. 32. incipit circa primum. n. 1. p. 2. & ex Narra Zazio, Capicio, Craveta, Menochio, & ferè aliis innumerabilibus Doctores, tenet Petrus Surdus consil. 18. à num. 46. cum sequentibus, quidquid in contrarium voluerit Alexander, Ruinus, & alij à Surdo citati ibidem num. 5. Cardinalis Tuschus practica. conclus. littera C. conclus. 755. num. 28. Narbona in l. 10. gloss. 3. sub num. 27. ad fin. lib. 1. tit. 6. Recopil. in 3. tom. qui etiam num. 25. post Surdum consil. 462. num. 23. vol. 4. dicit, quòd constitutus procuratorem ad contrahendum ¶ matrimonium, videtur consentire, & ratificare iam factum.

Igitur ex tot & mirabilibus doctrinis manifestè apparere videtur, ¶ quòd licet finis huius Regaliae retentionis litteratarum tendat, & sit dumtaxat inuentus ad impediendam executionem litterarum Apostolicarum, ne fiat in detrimentum Reipublicæ Ecclesiasticæ spiritualis, aut temporalis, illasque interim in Senatu retinendi, ne illis impetrans vratur, ad effectum supplicandi Sanctissimum; tamen eo posse uti remedio in iam executis, & decretum ita pariter exequendum in illis, ita ut per Senatum directè, & immediatè fiat executionis & possessionis repositio.

Secundò & pro hac parte facta, ¶ quia licet dictum decretum respiciat executionem litterarum faciendam, quòd licet directè in iam facta & consummata exequi non possit iuxta litteralem, & visibilem tenorem, de quo supra, quia deficit subiectum habile, super quo dispositio tamen exequi ¶ debet eo modo, quo possit, ¶ vti in demittas vi oppressi consequatur, ista est pulchra doctrina Angeli Aretin. in consil. 136. in themate, num. 3. & per totum consil. dum docer, quòd si sententia, qua condemnatur Titius ad consecrandum indemnem Caium ab ipso obligatione, si obligatio Caij fuit iam extincta, quia fuit tanquam fideiusor compulsus solvere; debet ex ipsa sententia relaxati indemnem eo modo, quo potest, ut solum sibi restitatur, licet sententia dicat relaxandum ab obligatione, quæ virtualiter comprehendit etiam à solutione fa-

da vigore dictæ obligationis, post quem & Baldum, Roman. Felinum, Abbat. Angelum, Cardin. Tuschum, & alios latius probauimus in commentariis de Regia protectione. 4. par. cap. 12. à num. 90.

18 Quo loco à num. 88. probauimus, quod si sit impossibile, quod sententia exequatur directè in eo, in quo signanter & nominatim disponit, puta, quia res abiit, vel aliter defecit; fit eius executio in eo quo possit, scilicet in æstimatione per text. in l. qui restituere, ff. de rei vendicat. l. Iulianus, ff. de confessis, & in l. si longis, C. de executione rei iudicat. & num. 92. Quod quando 19 secundum quod verba sententia non possit fieri executio, fit eo modo, quo melius possit, vt de condemnato ad tradendum instrumentum obligationis, quod non apparet, vel ruptum fuit, cogitur per eandem sententiam liberare victorem, vbi latius prosequimur, ergo licet decretum Senatus (que se retienen estus Bullas para que no se use dellas) non possit immediatè, & directè, & iuxta suam strictam, & rigorosam significationem exequi in litteris iam executis, debet tamen exequi eo modo, quo melius possit in demeritis vi oppressi consequi, vt suum possit fortiri effectum, & salubrem finem decretum præstatum.

20 Modus autem ille forsan erit, quod quem tradunt plures Doctores, dum asserunt, posse Principem temporalem pro bono pacis reducere ad manus suas beneficia vacantia, & in eisdem apponere æconomum pro custodia fructuum, ne dissipentur, & subripiantur, vt nouiter profuissentur, & conferuentur, ne nouiter profuissentur possessionis beneficiorum rixæ exortiantur, & inde tumultus, & scandala ad l. æquissimum, ff. de usufructu, iuncta Authentice, vt determinatus sit numerus Clericorum in s. fin. in fin. vbi Imperator pro bono, & vtilitate Ecclesiæ dat formam æconomio, qualiter procedere debet in administratione rerum Ecclesiæ; Franciscus Marcus quest. 352. & tribus sequentibus, lib. 2. & decis. 4. eod. libro, Guillelmus Benedictus in cap. Rainuimus, verbo, Et uxorem, decis. 2. Bossius in tit. de Principe, num. 212. citans Felinum in cap. 3. de præscriptionibus, & seruari in Gallia testator Rebuffus in concordatis Franciæ, tit. de regularibus ad pralatur. non facien. super. gloss. verbo, In manibus nostris, in principio. & versiculi. Et hodie nimis, & in versic. sequent. & post alios hanc praxim & consuetudinem Franciæ exactè pluribus applicatis fundamentis adducit Antonius Theaurus decis. 131. per totam, & eius additionator Antonius Theaurus eius filius, latè Borrellus de præstantia Regiæ Catholicæ, cap. 50. & per ipsum Theaurum Grassus de effectibus Clericatus, effectus 1. num. 397. per quem etiam Iacobus Cancereus variar. resol. lib. 3. cap. 14. num. 8. ad fin. vltra quos & per Cancer. loco citat. num. 8. & 10. & per Fontanel. de pact. nuptialibus claus. 7. gloss. 3. p. 10. num. 48. homo post. idem tenet Ludouif. Post. in tract. de manutent. obseru. 6. num. 28. & videnda est in proposito lex partitæ expressè de hac bonorum Ecclesiæ vacantis custodia apud Regem disponens, aliique Doctores, & iura supra hac 1. part. cap. 1. à num. 117. qui omnes hanc veram probant conclusionem, vt Principis ad quem fit recursus pro tollenda violentia, possit pro scandalo vitando, & ne rixæ

orientantur; reducere ad manus suas fructus beneficiorum, & cætera bona Ecclesiastica in casu timoris scandali, aut seditionis, & tumultus. Ergo ad tollenda scandala orta ex hac executione litterarum iam facta, vbi iusta causa retentionis, & suspensionis à Senatu reperta est, post eiusdem examen & cognitionem; fieri executionem decreti Senatus hoc modo posse videtur, cum aliter exequi iam nequeat.

Et quod fortius est, ad hoc ipsum in terminis reperio duas leges Regni nempe, l. 18. tit. 3. lib. 1. Recopilation. vbi loquendo de incapacitate alienigenæ horum Regnorum in obiectis beneficiis eorum, & pensionem, neque naturales consentiant illius constitutioni, nec redemptioni eiusdem, ita prosequitur. Y los frutos de los tales Beneficios Ecclesiasticos en que assi consistieren pension à extrangeros, sean sequestrados, y no les acudan con ellos, ni con las dichas pensiones, à pension, y se apliquen para los gastos de la guerra, que contra los Moros enemigos de nuestra Santa Fè Catholica de continuo tenemos.

Et magis ad propositum quod conuenit, l. 21. tit. 3. lib. 1. Recopilat. vbi loquendo de præseruanda consuetudine, & indultis Apostolicis in prouisione beneficiorum patrimonialium dicecensis Burgenfis, Palentia, &c. Prohibendo impetrationes, & quod examinentur, & præsententur in Consilio supremo, & ab illorum litteris Apostolicis supplicetur, & quod eisdem non videntur impetrantes, ita postmodum loquitur: Ni por virtud de las prouisiones sean ofados ellos, ni otros por ellos, de las inimiar, ni vsar dellas, ni tomen ni aprehendan possession de los dichos Beneficios patrimoniales, ni de alguno dellos, ni de citar, ni molestar sobre ello en nuestros Reinos, ni fuera dellos, à los hijos patrimoniales de las dichas Iglesias, &c. Hasta que como dicho es, las dichas Bullas y letras Apostolicas sean vistas por los del nuestro Consejo, y se les de licencia para que usen dellas, lo pena de que qualquier persona, de personas que contra lo contenido en las dichas Bullas y priuilegios Apostolicos, y contra lo aqui dispuesto fueren de passaten en qualquiera manera, &c. Y si fueren Ecclesiasticos, por el mismo hecho ayan perdido, y pierdan la naturaleza, y temporalidades, que tuvieran en estos nuestros Reinos, y sean auidos por agenos y estraños dellos, y como à tales sean secretados los frutos, y otros qualquiera Beneficios que tengan en estos nuestros Reinos, &c.

Ecce text. expressum disponentem, quod si aliquis ante recursum quod ad Senatum apprehendat possessionem, vbi locus sit Bullarum retentioni, beneficiorum fructus sequestrantur; pro vt & Nos etiam agnouimus in locis statim citandis, & admittimus in eundem casibus, in quibus decretum retentionis latum fuit post executionem litterarum, & quibus congruè adaptari potest sequesterum, quæ quidem leges benè applicantur huic quaestioni, & illius difficultatem absoluerè videntur circa decreti executionem prolata litteris Apostolicis iam executis.

Quarum legum dispositionem pariter subintelligendam esse in impetrantibus beneficia patronatus Regij ac laicorum, abundè probauimus infra hoc cap. §. unico, à num. 90. cum multis

tis sequentibus; & obiter hoc eodem cap. à num. 69. ex l. 2. tit. 3. lib. 1. Recopil. verum etiam in pluribus aliis casibus ex eadem l. 25. pro vt ibidem, & infra hoc cap. à num. 64. cum multis seqq. clarè ostenditur.

24 Tertiò pro hac parte facit, quod omnia iura clamant, actus & sententias quod non debere esse frustratorias, pro vt fierent cognitio ista retentionis, & decretum Senatus, si ob fraude, malitiam, & nimiam impetrantis contra ius Regni, vel Regis, aut aliter in damnum publicæ vtilitatis sequestrationem cautelosè, & occultè exequi facit suas litteras, cui fraudi occurrere, publicæ conuenit, & priuatæ vtilitati, Rimind. lunior. conf. 355. num. 30. & 32. & conf. 483. num. 26. & conf. 766. num. 6. & Institut. quibus alienar. in princip. num. 473. Giurba decis. 36. num. 6. vbi alia.

25 Possit enim contingere, si hæc securitas impetranti malitiosò daretur, quod hæc via aperiretur illi, vt post executionem recursus ad Regem maneret frustratorius, & sine effectu aliquid in contrarium operandi, & quod etiam pendente ipso recurso, & examine super legitima causa retentionis litterarum (licet originales sint apud Senatum) quod copie virtute apprehendatur possessio, aut aliter exequantur ipsæ litteræ in Republicæ detrimentum, & scandalum iuxta diuersorum casuum occurrentiam, si tutus esset impetrans, quod ipsis semel executis extingueretur potestas Regis in maximam illius irreuerentiam, & Senatus, ac in dedecus & præiudicium publicæ vtilitatis, & in illusionem decreti, quod equidem opponeretur ex diametro fini principali recursum, & iuste Regis intentioni, & fraude sua patrocineretur impetrans contra e. dictum 30. g. i. c. tus 12. de Clericis non residen. cap. Sedes, cap. ex parte de rescriptis, cap. 2. de cognat. spiritual. c. 1. de collusione de reg. cap. tuis de usuris l. itaque fullo, ff. de furtis, cum aliis.

26 Fraudibus enim via aperienda quod non est, l. in fundo, ff. de rei vendicatione. l. cum ij. §. si cum lis, ff. de transactio. l. qui sub preteritu, C. de Sacrosanct. Eccles. cap. porro de diuoritiis, clem. tin. 1. de usuris, §. fin. de concession. præbende, Lapus allegat. 55. num. 2. in principio, Calderinus consil. 294. versiculi. Item si contrarium, alias 2. de rerum permutat. Butrius consil. 5. num. 2. & consil. 42. num. 2. Alexander. consil. 2. num. 17. versic. Non obstat, lib. 1. Cæueta consil. 764. n. 3. & 4. vbi quod vt occurratur fraudibus, ius ad-

27 mittit quod latam interpretationem, & facit dispositionem fauorabilem, Petrus Ancarranus consil. 99. egregie ac venerabilis; vbi quod fraudibus occurrendum est, & quod dicitur fieri fraus, & cauetam redditu clusoria, sequitur Augustinus Barbof. axiomat. 102. num. 4. & 5. vbi quod nedum via non est quod apperienda fraudibus, sed illis netuosè occurrendum, vt probat Decianus consil. 4. num. 33. lib. 1. Cardinal. Tuschus præctiar. conclus. tom. 4. litter. F. conclus. 475. per totam, & Marius Antoninus variarum resolut. lib. 1. resolut. 50. num. 51. & resolut. 62. num. 5. Igitur ne illusorium remaneat hoc salubre remedium, neque occasio detur impetrantibus fraudulentis; exequi debet decretum Senatus, licet non possit directè, saltem eo modo, quo melius possit, scilicet per sequestrationem fructuum,

vt dictum est 2. fundamento à num. 16. & sequentibus; ne in posterum amplius quod in sitat possessioni contra verba decreti; Retienense estus Bullas en el Consejo, para que no se use dellas. Satis enim videtur quotidie illis, quorum virtute in sitat possessioni, quæ cum habeat tractum successuum, eò quod in animo consistit quod & 31 retinetur, l. 3. §. in amittenda, ff. de acquirenda possessio. l. donatarum 3. C. de adquirend. & retinenda possessio. cum similibus. Ea enim que in animo consistunt, tractum successuum habere dicuntur, & continuum, ad notata in l. 3. §. & harum ff. si seruitus vindicetur. Petreginus tractatus vary, §. 1. num. 69. animus enim habet tractum successuum, & causam continuum, Bartol. in l. via, §. 1. de publicanis, & in l. non est iusto, §. non mutat. ff. de usufructu. Bald. consil. 439. num. 2. volumin 3. Marius Giurba conf. 59. num. 42. Idcirco denuo quotidie operatur, & nouiter quotidie grauat, iuxta quæ Nos amplissimè diximus in tractatu de Regia protect. 2. part. cap. 4. num. 228. & num. 229. & num. 237. quæ rectè conducunt, hæc sunt fundamenta quæ istam partem affirmatiuam vtiliter tenent, alia plura, reducibilia tamen ad relata, ex propositio omnibus.

28 Quibus tamen minimè quod obstantibus contraria opinio, & verior de iure mihi videtur, & netuosè defendenda (non dubitamus de remedio retentionis proponendo, & proseguendo, quantumvis litteræ sint exequatæ ex dicendis, & num. 89. Sed dumtaxat de decreti executione per Senatus repositionem immediatam) vt scilicet regulariter decretum Senatus in recurso retentionis Bullarum latum exequi directè nequeat, quando eo quis vltus est oppressus post peractam executionem eorumdem, ita vt decreti quod Senatus executio directè tendat ad repositionem præcedentis executionis litterarum, cum eius verba tendant in futurum, & statutum loquens de futuro similiter confert effectum ad tempus futurum, Matta de iurisdict. casu 15. num. 9. Et quia qualitas quod adiecta verbo vel participio restringitur, & limitatur ad tempus verbi vel participij, nec ante habere locum potest, quam dispositio verbi locum habeat, vt late prosequitur Castill. in controuers. tom. 5. cap. 90. à num. 23. à princip. Barbof. etiam axiomat. 196. Nec etiam hoc consequi potest per sequestrationem fructuum, aut possessionis (generaliter loquendo) ad quod moueatur ex inuitabilibus fundamentis inferendis.

29 Primò, quoniam hoc genus Regaliæ, & cognitionis certis quod finibus concluditur, & est omnino limitatum, ad illudque finem dumtaxat tendit, atque fuit inuentum, vt impediatur executionem litterarum faciendam (iuxta causam accedente) non enim vltra progreditur hoc remedium retentionis.

30 Omnia enim iura Canonica, quod & Ciuilia (à 36 quibus sumimus fundamentum ad huiusmodi executionis litterarum suspensionem faciendam ad effectum supplicandi, & referendi Pontifici) disponunt tantummodo, hocque remedio vt patiantur ante litterarum factam executionem; nullibi etenim legitimum, hoc remedium, & facultatem permittam fuisse executionem iam peractam, vt clarè ostenditur in cap. si quando de rescriptis, cap. cum teneamur de præbendis, anth. de mandis. Principum, §. inde competens, aub.

ut nulli iudicium, §. hoc verò, l. 29. cum sequentibus, tit. 18. part. 3. & alia iura, & Doctores supra citati hac 1. part. cap. 3. cap. sequentibus, quibus quidem manifestè supponitur, hoc excludi remedium re non integra, & executione peracta.

37 Repugnat enim natura ipsius, quod datur ad superlegendum, nec ultra, quam executione non facta verificari potest, facta quippe executione, cum non subsistat subiectum habile, facultatem & extraordinarium remedium hoc expirare non est dubium, ut deinceps ad ordinatum confugere valeat gravatus. Ad quod plura virgent fundamenta, & singulares Rotæ decisiones.

Et cum in vna Elnens. distribut. 11. Februarij 1614. dubitaretur, an facultas superlegendi in executione data in commissione operetur executione iam facta, ita fuit negativè responsum in hac: Et domini responderunt negativè, dicebant enim de tempore presentata commissionis in actis cum dicta clausula (cum facultate superlegendi in executione arbitrio Rotæ) iam executionem fuisse perfectam, & consummatam, nam fuerat data missio vigore sententia de mense Octobris 1605. commissio vero presentata fuit in actis die 13. Novembris. Unde dicta clausula, nullum potest hodie sortiri effectum, quia non potest superferri in executione iam perfecta, & consummata, ut dictum fuit in Aquilana beneficij 28. Maij 1599. coram B. M. Pennia.

Afferat autem nullitates, & excessus, & non iustificatio litterarum non visa fuerunt obitare, quia tendunt ad revocationem dictæ executionis, quatenus sit nulla & excessiva; sed non propterea potest intrare, & operari clausula (arbitrio Rotæ) que posita est ad superlegendum, ut in Elnens. benefic. 30. Octobr. 1612. coram R. Bono, & in Tridentin. Parochiali de Robreda 3. Decembr. 1601. coram R. D. M. Archiepiscopo Damasceno, &c. quam refert Iacobus Caballerius decis. 287.

Eadem Rota & in illa Parochiali de Robreda, coram factato, quam refert Marchesan. de commissionib. appellat. ab executione Brevis 1. part. post §. 2. quæ est 19. in ordine, fol. 437. in hac: Quod A. C. iam devenerat ad executionem, unde non debebat illa modo sub prextu dictæ clausule retractari, cum illa operetur suspensionem, non revocationem executionis iam factæ, ut fuit dictum in pluribus causis, & in specie coram R. P. D. Lanceloto in causa Auriens. Parochia S. M. de Pao. 17. Aprilis, &c. Eadem Rota in vna Aquilana beneficij 19. Decembris 1608. coram Manzanedo in hac: Causa mihi commissæ cum clausula (partito brevi arbitrio Rotæ) dubitavi, an intraret arbitrium pro tarditate executionis brevis, & Domini negativè responderunt, moti eo potissimo fundamento, quod brevis fuisse iam executioni mandatum, quo casu non est locus arbitrio, cum illud concedatur pro retardanda, non vero pro retractanda executione brevis, ut censuit Rota in vna futiens. Paroch. 13. April. 1600. coram Lanceloto, & in alia Elnens. benefic. S. Salvatoris 30. Octobr. 1601. coram R. P. D. Ludouiso, & alius sapius, &c. quam decis. adducit Marchesan. de commiss. appell. ab executione brevis 1. p. post §. 2. que est in ordin. 11. fol. 433. & ibidem in sequent. decis. in ordin. 12. in vna Celsens. preceptorij coram Coccino, ita à principio ait;

Quamvis post executionem factam non sit amplius locus arbitrio ad retardandam executionem brevis, ut in causa Aquilana benefic. j 28. Maij 1599. coram Pennia, & in Auriens. Paroch. de Pao. 17. Aprilis 1600. coram Lanceloto, & in alia Tudenf. Paroch. 3. Decembr. 1601. coram factato; tamen si iudex nulliter vel iniuste processerit, est locus arbitrio ad retractandam ulteriorem executionem brevis, & novissime fuit resolutum in causa Tartaconensi 4. Februarij. hoc anno 1604. coram D. meo Littæ, &c. Et in alia Tudenf. Paroch. de Robreda coram factato, num. 2. sic dicitur: Fundamenta decisionis fuerunt quod A. C. iam devenerat ad executionem, unde non debebat ullo modo sub prextu dictæ clausule retractari, cum illa operetur suspensionem, non revocationem executionis iam factæ, ut fuit dictum in pluribus causis, & in specie coram Lanceloto in causa Auriens. S. M. de Pao. 17. April. &c. quam adducit Marchesan. vbi proxime, quæ in ordine est apud eundem 47. fol. 469. & est decis. 88. n. 5. & 6. post tractat. Ludouisi Post. de manutatione, in qua alie plures decisiones etiam referentur.

Quatum decis. doctrina apud DD. de Rota communiter tentata (quæ realiter verissima est) sine dubio nostram evincit difficultatem, ut reclusus retentionis nostræ inuentus ad superlegendum ante factam executionem non operetur post eam peractam ad finem & defectum illam revocandi, aut reponendi.

Quoniam permixtum ad tempus post tempus censetur prohibendum, l. si unus, §. 1. vbi Bald. ff. de part. l. epistola, §. fin. vbi Catreus, ff. eod. tit. l. Imperator. ff. de postul. l. cum pater §. à filia, vbi Bart. ff. de leg. 2. l. statu liberum, §. fidei, l. Titia cum testamento, §. fin. ff. eodem tit. l. pater filium, §. fundum, ff. de legatis 3. l. 2. C. de iure emphiteut. cap. ultimo, §. in aliis, vers. scilicet. Si intro, ut licet non contestatus, Tiraquel. de retract. convention. §. 1. glossa 1. num. 44. Pedemont. decis. 33. num. 13. Menoch. consil. 68. n. 10. Petrus Surdus de alimentis, lib. 5. quæst. 3. n. 9. & 10. & decis. 75. num. 10. & consil. 57. num. 9. Bertazol. de clausul. instrum. clausul. 15. glof. 2. num. 21. Gonzalez ad regul. 8. Cancellar. §. 5. premia. num. 3. Caldas Percic. de extint. emphite. quæst. 1. num. 8. & de revocatione §. 9. 10. num. 1. Petrus Barbof. in l. cum prator. in princip. n. 45. ff. de iudiciis, qui quidem, & alij de variis casibus loquuntur.

Nam verba decreti Senatus limitatiuè apposta habent inducere terminum, quem non licet transgredi, l. qui fundum, §. vendebat, ff. de contrahend. emptio. Anton. de Canar. in tractatu de insinuatione, g. 18. num. 48. volumin 9. tract. divers. antiquo. Et facta dispositio determinato modo, suos terminos excedere non licet, Bald. consil. 51. lib. 5. per l. 1. §. si plures, ff. de executor. l. qui aliena, §. libertos, ff. de reg. latè prosequitur Iulius Cæsar. Ruginel. practicarum questionum, capitul. 42. à num. 9.

Hæc igitur Regalia, & cognitio extra ordinaria limitata est ad causam, & effectum superlegendi, & impediendi executionem duntaxat, quasi cesset ea cessante, ut limitatos producat effectus ex vulgari axiomate, sed magis in specie vide quæ num. 42.

Et eodem modo intra hos limites, & confines decretum Senatus expeditur nullo modo transgrediendos, sub quibus includitur potestas huius

huius remedij, iuxta text. in l. ex stipulatione, ibi: Cum potestatem sententia certis finibus concludi, sæpe constitutum sit, text. in l. post sententiam, que finibus certis concluditur, C. de sentent. & interloc. omnium iudic. l. fin. ibi: Cum terminus urbis exierit potestatem non habet, ff. de officio Prefecti urbis, in c. l. extra territorium, ff. de iurisd. omnium iud. facit illud Dini Ambrosij in lib. de Paradiso, ibi: Si quid addus vel detrahas, præiuratio videtur esse quadam mandati, simpliciter enim & pura mandati forma tenenda est, &c. Sed quia de hoc plurima scitu dignissima abundè cogessimus in tractatu de Regia protectione 4. part. cap. 3. à num. 44. cum multis seqq. & sup. à princip. hic omittimus.

42 Quod vterius ex eo facitur, quia sententia quæ fundatur in causa, cessat cessante causa, ut post Tiraquell. & alios asserit Hieronym. Gonzalez glossas, n. 41. in regula de alternat. Gratian. disceptat. forens. tom. 4. cap. 673. à n. 18. cum multis sequentibus, & à principio, vbi de alimentatis semel taxatis per sententiam, quod crescant, vel decrevant, crescentibus vel decrecentibus bonis alimentis Ripol. variarum resolut. a. n. 41. vbi, quod res iudicata nihil operatur in iis, quæ suapte natura mutationem recipiant, vbi de dote restituenda ob inopiam viri reddenda vterius eius inopia cessante, & de curatore furiosi per iudicem dato, ut cesset sanitate postmodum restituta, bene conducunt, quæ Nicolaus Garcia de beneficio 4. part. 12. cap. 2. num. 306. Mieres de maioratu 3. part. quæst. 17. num. 6. latè & eleganter Surd. in consil. 268. à num. 24. tom. 2. vbi varia exempla, & doctrinas congerit, & adiunctura singularia in l. in commodato, §. fin. ff. commodati. l. 2. §. pen. ff. ad leg. Rodiam. de iactu. l. si fullo, ff. de condit. sine causa; quæ copiosè exornat Petrus Surdus vbi proxime. Igitur cum hæc sententia, hæc Regalia, & genus cognitionis suos terminos habeant limitatos, ad executionem impediendam; nequeunt illos excedere, nec extendere ad repositionem executionis iam factæ, quia ultra confines ipsos cessat potestas; atque cessat causa propter quam fertur decretum, quod variari, & alterari debet variata causa.

Secundò probatur, multa enim in iure nostro remedia, & extraordinaria inuenta sunt, & concessa ante actum factum, vel in præparatione ad faciendum, quæ post illum consummatum omnino cessant, sed confugere necesse est ad ordinaria remedia, text. in l. 1. §. 1. ff. de noui operis nunciacione, ibi: Hoc autem editum, remediumque operis noui nunciacionis adversus futura opera inducendum est, non adversus præterita, &c. textus etiam optimus in l. 1. §. 1. ff. eodem, ibi: Nam si quid operis factum fuerit, quod fieri non debuit, cessat editum de operis noui nunciacione, & erit transgendum ad interdictionem quod vi aut clam, textus in l. de pupillo, §. nunciacionem autem in præsentem faciendam, meminisse oportebit, l. loci ubi opus novum fiat, siue quis adificet, siue inchoet adificare, ff. eodem, quæ sunt mirabilia iura ad rem hanc, eaque exornant plurimi Doctores citati ab Antonio Gom. in l. 46. à num. 20. Tauri, ad quem remitto libenter, & sic cum hoc retentionis extraordinarium decretum, & remedium fuerit duntaxat inuentum ad impediendam executionem litterarum faciendam, non debet operari in executione iam facta.

Ex quo fonte fluit, quoddam cum inhibito sit remedium futura duntaxat respiciens, non præterita, & futura acta impediendi non præterita quantumcumque Canonice expedita sit: sequitur, ut si intimer post executionem, & immisionem factam, & possessionem apprehensam, illam non tangit, nec reuocat, nec attentatam reddit, nisi per sententiam diffinitivam hoc fiat, ita eleganter Federic. de Senis in consil. 300. factum tale est debitor. in principio, Alexand. consil. 1. colum. fin. versul. Nec obstat, sequitur Cardinalis Tufchus littera l. concl. 140. num. 3. Seraphin. decis. 1211. num. 4. Lancelotus de attentatis lite penden. 2. part. capitul. 4. limitat. 1. num. 10. & eadem 2. part. cap. 10. declaratio. 1. num. 2. de attentat. post inhibito. Guido Papæ decis. 66. num. 4. versul. Non obstat si ex adverso, & decis. 69. num. 10. Gratianus ad præx. Boftry, lib. 7. cap. 1. num. 21. Platus de in litem iurand. §. 3. num. 34. Fatinaeus in 2. part. fragmentor. verbo, Inhibito, num. 315. Tufchus littera P. conclus. 400. num. 45. Ludouisi Post. in tractatu de manutatione. observation. 1. num. 51. & post eius tract. decis. 163. num. 11. & decis. 189. num. 9. etiam si inhibito Rotalis sit, Alexander Ludouisi. decis. 203. num. 3. & 4. Rota recent. decis. 637. num. 3. & 4. part. 1. Ludouisi Post. dict. obseruat. 1. num. 51. qui omnes loquuntur in possessione iam tradita ante executam & intimatam inhibitionem, & alius quibuscumque actis præcedentibus ipsam inhibitionis intimationem, ut illa non annuller, nec reddat attentata, nec in minimo tangat, eodèquod inhibito sit remedium respiciens & impediens futura duntaxat, non autem præterita, nec ad ea extendat vires suas. Quod & in effectum probant & illi omnes Doctores, quorum nomenclaturam laudamus infra 2. part. cap. 12. §. vnicuique, num. 4. probantes, quoddam si inhibitionis intimatæ, & possessionis traditio appareat facta eodem die, & de prioritate non confert, præsumatur possessionem præcessisse, & postmodum subsequatam inhibitionis intimationem pro illius validitate, cum inhibito non afficiat possessionem antea apprehensam & executionem antea peractam. Ergo idem dicendum erit in hoc remedio, & decreto Regio retentionis, ut non comprehendat possessionem iam apprehensam, nec executionem iam peractam.

Hinc est, quoddam legitimus contradictor potest impedire executionem, & immisionem faciendam, qui si comparere re non integra post sententiam adiectionis, & possessionem datam, non admittitur ad illam impediendam, cum iam res non sit integra, sed ad remedium ordinarium confugiendum erit, post alios probat Paulador. lib. 2. verum quotidianarum, cap. fin. §. part. §. 10. num. 24. & loquendo in missione in possessionem virtute litterarum Apostolicarum, idem dicit Nicolaus Garcia de benefic. 6. part. cap. 2. num. 124. cum sequentibus. Quia debuit comparere re integra, ad impediendam earum executionem, non post apprehensionem possessionis, tunc res definit esse integra, de quo inferius agendum erit.

Quæ doctrina roboratur ex aliis pluribus, quibus facultas impugandi aliquem actum, reuocandi, aut variandi, aut alias immutandi à iure conceditur; omnino extinguitur, & expirat